

Introitus

Dan 3:31; 31:29; 31:35

Omnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti, quia peccávimus tibi et mandátis tuis non obœdívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.

Ps 118:1

Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Omnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti, quia peccávimus tibi et mandátis tuis non obœdívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.

Oratio

Orémus.

Largíre, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Lectio

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios

Ephes 5:15-21

Fratres: Vidéte, quómodo caute ambulétis: non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intellegéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria: sed implémini Spíritui Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis et hymnis et cánticis spirituálibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino: grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri. Subiecti ínvicem in timóre Christi.

R. Deo grátias.

Introitus

Dan 3:31; 3:29; 3:35

All that You have done to us, O Lord, You have done in true judgment; because we have sinned against You, and we have not obeyed your commandments; but give glory to Your name, and deal with us according to the multitude of Your mercy.

Ps 118:1

Happy are they whose way is blameless, who walk in the law of the Lord.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

All that You have done to us, O Lord, You have done in true judgment; because we have sinned against You, and we have not obeyed your commandments; but give glory to Your name, and deal with us according to the multitude of Your mercy.

Collect

Let us pray.

O Lord, we beseech You, graciously grant Your faithful forgiveness and peace, that they may be cleansed of all sin and serve You with minds free from care.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Lesson

Lesson from the letter of St. Paul the Apostle to the Ephesians

Eph 5:15-21

Brethren: See to it that you walk with care: not as unwise but as wise, making the most of your time, because the days are evil. Therefore, do not become foolish, but understand what the will of the Lord is. And do not be drunk with wine, for in that is debauchery; but be filled with the Spirit, speaking to one another in psalms and hymns and spiritual songs, singing and making melody in your hearts to the Lord, giving thanks always for all things in the name of our Lord Jesus Christ to God the Father. Be subject to one another in the fear of Christ.

R. Thanks be to God.

Graduale

Ps 144:15-16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno. *V.* Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne. Allelúia, allelúia

Ps 107:2

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi, glória mea. Allelúia.

Evangelium

Sequéntia + sancti Evangélii secúndum Ioánnem

R. Glória tibi, Dómine.

Ioannes 4:46-53

In illo témpore: Erat quidam régulus, cuius fílius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset, quia Iesus adveníret a Iudæa in Galiléam, ábiit ad eum, et rogábat eum, ut descénderet et sanáret filium eius: incipiébat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus: Dómine, descénde, priúsqvam moriátur fílius meus. Dicit ei Iesus: Vade, fílius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Iesus, et ibat. Iam autem eo descendénte, servi occurrérunt ei et nuntiavérunt, dicétes, quia fílius eius víveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora séptima reliquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Fílius tuus vivit: et crédidit ipse et domus eius tota.

R. Laus tibi, Christe.

S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Offertorium

Ps 136:1

Super flúmina Babylónis illic sédimus et flévimus: dum recordarémur tui, Sion.

Secreta

Coeléstem nobis præbeant hæc mystéria, quæsumus, Dómine, medicínam: et vítia nostri cordis expúrgent.

*P*er Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Gradual

Ps 144:15-16

The eyes of all look hopefully to You, O Lord, and You give them their food in due season.

V. You open Your hand and satisfy the desire of every living thing. Alleluia, alleluia.

Ps 107:2

V. My heart is steadfast, O God; my heart is steadfast; I will sing and chant praise to You, my glory. Alleluia.

Gospel

Continuation ✠ of the Holy Gospel according to John

R. Glory be to Thee, O Lord.

John 4:46-53

At that time, there was a certain royal official whose son was lying sick at Capharnaum. When he heard that Jesus had come from Judea into Galilee, he went to Him and besought Him to come down and heal his son, for he was at the point of death. Jesus therefore said to him, Unless you see signs and wonders, you do not believe. The royal official said to Him, Sir, come down before my child dies. Jesus said to him, Go your way, your son lives. The man believed the word that Jesus spoke to him, and departed. But even as he was now going down, his servants met him and brought word saying that his son lived. He asked of them therefore the hour in which he had got better. And they told him, Yesterday, at the seventh hour, the fever left him. The father knew then that it was at that very hour in which Jesus had said to him, Your son lives. And he himself believed, and his whole household.

R. Praise be to Thee, O Christ.

S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.

Offertorium

Ps 136:1

By the streams of Babylon we sat and wept when we remembered you, O Sion.

Secreta

May these sacramental rites, O Lord, we beseech You, be our heavenly medicine and expel evil from our hearts.

*T*hrough Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Prefatio

de sanctissima Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitás, et in maiestáte adorétur æquálitás. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi,

Communio

Ps 118:49-50

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

Postcommunio

Orémus.

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus: fac nos, quæsumus, tuis semper obædíre mandátis.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Prefatio

Holy Trinity

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; Who, together with Thine only-begotten Son, and the Holy Ghost, art one God, one Lord: not in the oneness of a single Person, but in the Trinity of one substance. For what we believe by Thy revelation of Thy glory, the same do we believe of Thy Son, the same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, distinction in persons, unity in essence, and equality in majesty may be adored. Which the Angels and Archangels, the Cherubim also and Seraphim do praise: who cease not daily to cry out, with one voice saying:

We pray in union with and honor the memory, especially of the glorious ever Virgin Mary, mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of the blessed Joseph, her Spouse,

Communio

Ps 118:49-50

Remember Your word to Your servant, O Lord, since You have given me hope. This is my comfort in my affliction.

Postcommunio

Let us pray.

That we may be made worthy, O Lord, of Your sacred gifts, make us, we beseech You, ever obedient to Your commandments.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.